

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuicium h
cum fonte primo

Plena uictoria est ad clamantem tacere
et non respondere prouocanti.
Habes enim mercedem et de tua paciencia
et de fratris medela, si obliuioni detur iniuria.

Sicut nichil est deformius respondere furiosis,
ita nichil utilius tacere prouocatis.

Nullus est finis inimiciis
nisi ad tempus obtemperemus iratis.

Valerius episcopus in quodam sermone.

Plena victoria est, ad clamantem tacere,
et non respondere prouocanti.
Habes enim mercedem et de tua patientia,
et de fratris medela, si oblivioni deputetur iniuria;
ubi enim verbis verba succedunt,
incendio fomenta praestantur.
Sicut nihil est deformius respondere furiosis,
ita nihil utilius tacere prouocatis.
Nam sic accrescunt inimicitiae,
si cum alter se verbis defendit,
alterius dicta alter accuset:
nullus autem est finis inimicitiiis,
nisi ad tempus obtemperemus iratis.

Valerianus Cemeliensis, *Homiliae*, 12.5
(PL 52, col.730A).